

HELMANTICA

REVISTA DE HUMANIDADES CLASICAS
PONTIFICIA UNIVERSIDAD ECLESIASTICA.-SALAMANCA

AÑO III

JULIO-SEPTIEMBRE DE 1952

NÚM. 11

CARMEN EUCHARISTICUM¹

*Sanctissimo Patri Pio Papae XII,
Filiaris dilectionis monumentum.*

Caput superne, Barcinon inclyta,
Stellis triumphans insere, praepotens
O fluctuum Regina, frenis
Laetitiae generosa parce!

5 Vere ut nitescit cincta coloribus
Aurora, claris undique gloriis
Fulges Latinum quas arenis
Nunc mare dat sonitu remotis.

10 Suffusa solis templa nitoribus
Ad astra surgunt, collaque marmore
Sculpti leones fulva temptant
Atque aquilae ciere usque pennas.

15 Te namque Iesus, Hostia saeculis,
Lustrat sacrata Pontificum manu,
Et licis gentes amoris
Ecce trahit tua teque honorans.

¹ Composición premiada en el Concurso Internacional de Poesía, celebrado el 31 de mayo de 1952 en Barcelona, con motivo del XXXV Congreso Eucarístico Internacional. Publicación autorizada por la Comisión Organizadora de dicho Certamen. (Nota de la R.).